TUTO THARISIENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift



9

fuisse recognoscens. anxie queritur. ita
subiungens. Pessulum ostii mei aperui di
lecto meo. at ille declinauerat atq; trans
ierat. Quesiui illum. et non inueni. Quod ne
sibi eueniat precauens abraham. tam circum
spectus ianitor ostio assidet. ut et oculos
ad speculandum subleuet. Acsi dicat.
Leuaui oculos meos in montes. unde ue
niet auxilium michi. Nouit enim subleuatione oculorum
interiorum opus esse. pro contuenda tali uisione.
ac suscipienda dominica uisitatione. Quo
contra de his qui sola terrena sapiunt.
nec ad capienda spiritalia cordis aciem
subleuare sciunt. per psalmistam dicitur.
Oculos suos statuerunt declinare in terram.
Interea considerandum. quia cum tres uide
rit. unum adorauit et inuitauit dicens.
si inueni gratiam in oculis tuis. ne trans
eas seruum tuum. modo etiam uni. in trib